Procedit autem seruoz ex abundantia caloris. Unde seruoz spiritus dicit quia propter abundantiam diuine dilectionis totus homo seruet in deum. Act. 18. dicitur qd; apollo seruens spiritu loquebatur. 1. idem. vlti. Spiritu nolite extinguere. Tertio quod ad exteriorum obsequium cu dicit. Dominu seruientes scilicet seruitute latrie que solo deo debetur deit. 6. Dominu deum tuum adorabis et illi seruies. pso. Seruite domino in timore. Ut secundum aliam litteram. Tempori seruientes ut scilicet dei servitum congruo tempore faciamus. Ecc. 8. Omni negotio temporis est oportunitas. Quarto quod ad mercedem servitum cum dicit. Spe gaudentes scilicet mercedis: que est dei fructu. Gen. 15. Ego dominus mercede tua magna misera supra. 5. Gloriamur in spe glorie filiorum dei. Facit autem spes hominem gaudente ratione certitudinis: sed tam affligit ratione dilationis. prouer. 3. Spes que disseritur affligit animam. Quinto quod ad difficultates quam homo patitur in dei seruitio. Unde subdit In tribulacione scilicet quam propter deum sustinetis sitis patientes. 5. 5. Tribulatio patientiam operatur. Sexto quod ad omnia praedicta dicit. Orationis instantes. in quo orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Propterea semper orare et nunquam desiccare. 2. thom. 5. Sine intermissione orate. Per orationes nem est enim in nobis sollicitudo excitat. seruoz accendit. ad dei seruitum incitamus: gaudium spei in nobis augetur et auxilium in tribulatione promeremur. ps. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. Deinde cu dicit. Necessestibus sanctorum et. determinat de charitate quod tum ad spes quamdam personas. At primo quidem quod tum ad indigentes. Secundo quod tum ad inimicos ibi. Unde cite persequentiibus vos. Circa primus duo facit. Primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in universali cu dicit. Necessestibus sanctorum communicates ubi tria sunt notanda. Primo quidem qd; elemosina ex caritate sunt impendente indigentibus: sive necessitatem patientibus. Ephe. 4. Laboret operando manibus suis quod bonum est. ut habeat unde subserviat necessitatem patienti. Scio et potius est subueniendum iustis et alijs. Unde dicit Necessestibus sanctorum. Ecc. 12. Da iustus et non recipias peccatorem. Quod quidem non sic est intelligendum quin etiam in necessitatibus sit peccatoribus subveniendum sed quod non est eis subveniendum ad fomentum peccati. vlti. tam est subvenire iustis qd; talis elemosina fructuosa est: non solum ex parte dantis sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facit vobis amicos de manu iniquitatis et cum defecris recipiant vos in eterna tabernacula scilicet suis suffragiis. Scio et specialiter admonet ad hospitalitatem dicens Hospitalitatem seruantes qd; scilicet in hoc misericordie opere alia misera opera includuntur. Nam hos pes non solum domum exhibet ad manendum sed etiam alia necessaria subministrat. He. vlti. Hospitalitatem nolite obliuisci. 1. pe. 4. Hospitalites inuicem sine murmuratione.

**Lectio tertia**  
**B**enedicite persequentiibus vos. Benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: fieri cu stetibus. Id ipsum inuicem sentientes. Non alii sapientes: sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. prouidentes bona: non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pace

habentes. Non vos metipos defendetis carissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim ad huius vindictam: et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum: si sitit: potum da illi. Hoc enim facies carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinciri a malo: sed vince in bono maluz. Supra ostendit qualiter caritas sit exhibenda indigentibus, nunc ostendit qualiter sit exhibenda etiam inimicis. Et primo ponit admonitionem. Sed pbat quod dicit ibi. Scriptum est enim tecum. Circa primi considerandum est quod ad caritatem tria pertinet. Primo quidem benivolentia: que consistit in hoc quod alius velit bonum alteri et malum eius nolit. Secundo concordia que consistit in hoc quod amicos sit idem nolle et velle. Tertio beneficium que consistit in hoc quod aliis beneficiat et quem amat et eum non ledat. Primo ergo posse ea que pertinet ad benivolentiam. Secundo ea quod pertinet ad concordiam ibi. Gaudete cum gaudientibus. Tertio ea quod pertinet ad beneficium ibi. Nulli malum tecum. Circa primum duo facit. Primo monet ut benivolentia sit ampla que se extendat etiam ad inimicos cum dicte. Benedicite per sequentibus vos. Circa quod notandum est quod benedicere est bonum dicere. Contingit autem bonum dicere tripliciter. Cuius imperio bonum ad creaturas derivatur. ministerius autem pertinet ad ministros dei qui nomen domini super populum inuocant. Bui. 6. Sic benediceris filiis Israel et dicetis eis. Et post Inuocabunt nomen meum super filios Israel et ego benedicas eis. Tertio benedicere aliquis operando. Ps. Et non dixerunt qui preteribant. Bene dictio domini super vos. Et secundum hunc benedicere est bonum all cui velle et quasi bonum pro aliquo precari. Et hoc modo accipitur hic. Unde in hoc quod dicit benedicite per sequentibus vos datur intelligi quod etiam ad inimicos et persecutores debemus esse benivoli eis bona optando et pro eis operando. Ma. 5. Olligite inimicos vestros et orate pro peregrinibus et calunianibus vos. Quod autem hic dicitur quodam quidem modo est in precepto. quodam autem modo est in consilio. et eni3 aliquis in generali dilectionis affectu impendat inimicos non excludendo eos a communione proximorum et a communione oratione: quia quis pro filio liberis facit pertinet ad necessitatem precepti. Similiter etiam quod aliquis in articulo necessitatibus inimico dilectionis effectum particulariter impendat pertinet ad necessitatem precepti. Unde dicitur exo. 21. Si ocurreris boni inimici tui aut asino erranti: reducas eum. Sed et aliquis in speciali dilectionis affectum et orationis suffragium aut qualectus subuentio beneficium exhibeat inimico interdum etiam extra articulus manifeste necessitatis pertinet ad punctionem consilio. quia per hoc ostenditur perfecta charitas ad deum et omne humanum odium supererit. Ille autem qui penitet et misericordia petet iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Unde ei absque omni difficultate sunt charitatis iudicia ostendenda. Ecc. 28. Resunque proximo tuo nocenti te et tunc deprecantib; tibi petam soluentur. Secundo docet quod benivolentia sive benedicere sit pura id est absque permissione contraria. Unde dicit. Bene dicite et nolite maledicere id est ita benedicatis quod nullo modo maledicatis. Quod est contra quodam qui ore bini dicunt et corde maledicunt secundum illud. Ps. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et

etiam contra illos qui quodammodo benedicunt quodammodo male dicunt vel quibusdam benedicunt quibusdam maledicunt. Jac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet fratres mel hec ita fieri. 1. pe. 3. Non reddentes maledictus pro maledicto. Sed contra videtur esse et in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim deut. 27. Maledictus qui non permanenter in sermibus legis huius nec eos opere perficit. Et quod dicens dunt et quod maledicere est malum dicere. quod quidem tripliciter contingit sicut et benedicere. felices annunciant imperando et operando et secundum quodlibet horum modorum potest bene et male fieri. Si enim id quod est materialiter malum dicatur malum quodlibet horum modorum potest bene vel male fieri. Si enim id quod est materialiter malum dicatur malum quodlibet predictorum modorum sub ratione boni non est illicitum quod hoc est magis benedicere quam maledicere. Vnum quodam enim magis indicatur secundum suam formam quam secundum suam materialiam. Si vero aliquis dicat malum sub ratione materialiter maledicere. Unde est omnino illicitum. utrumque autem horum contingit in hoc quod aliquis enunciatio malum profert. Quodammodo enim aliquis enunciatur malum alicuius ad notificandum necessariam veritatem et sic dicit malum sub ratione veri necessarij quod est bonum. unde est licitus. Et hoc modo Job. 3. dicitur quod Job maledixit diei suo enunciatis maliciis plenis vite sicut apostolus dicit. Ephe. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Quodammodo autem aliquis enunciatur malum alterius scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. Dicitur enim. 1. co. 6. Neque maledicti neque rapaces regnum dei possidebunt. Similiter etiam in eo quod quis dicit malum imperando. contingit autem quodammodo quod aliquis dicit id quod est materialiter malum sub ratione boni. puta cum ex imperio alicuius prouenit alicui malum penitentia quod quidem est licitus. Et hoc modo transgressiones legis maledicuntur id est peccata secundum instituta deputantur. quodammodo vero aliquis imperando dicit malum alterius iniuste. puta propter odium et vindictam. Et talis maledictio est illicita. Exo. 21. Qui male dixerit patre vel matre mortiatur. Et inde etiam circa id quod aliquis dicit malum operando. Si enim hoc optet sub ratione boni puta ut per aduersitatem alicuius perverteretur ad spiritualem pfectum: hoc licitus est. Job. 5. Vnde si stultum firma radice et maledixit pulchritudini eius statim si vero homo faciat propter odium vel vindictaz est odio illicitus. 1. n. 17. Maledixit philisteus danus in diis suis. Deinde cum dicit. Gaudere cum gaudientibus tecum ponit ea que pertinent ad concordiam. Et primo ponit concordie documenta. Secundo removet impedimenta ibi. Non alii sapientes tecum. Concordia autem potest dupliciter attendi. Uno modo quantum ad affectum in bonis et in malis. In bonis quidem vir aliquis bonis alioz congaudeat. Uno obicit. Gaudere scilicet debet cum gaudientibus. phil. 2. 0. Gaudeo et congratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligentius quando quis gaudet de bono. Sunt autem quidam qui gaudent de malo secundum illud. puer. 2. Letantur cum maleficerent. Et istis non est congaudentur. 1. co. 13. dicitur de caritate quod non gaudet super iniquitatem: congaudeat autem veritatem. In malis autem ut aliquis tristet de malis alicuius. Unde subdit. Flere scilicet debetis cum flentibus. Job. 30. Ilebas quando sup eo qui afflictus erat. ecc. 7. Non desit plorabit in consolatione et cum lugentibus ambaula. Propterea enim copassio amici adolescentis consolatione in tribulationis affert. Primo quidem quod ex hoc colligitur efficax amicicie argumentum. Ecc. 12. In malitia illius id est in infirmitate amicus cognitus est. Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum. Alio modo hoc ipso et amicus condoleat videtur se offerre ad simul portare

## Ad Romanos

duz onus aduersitatis quod tristiciam causat. Et quidez leuius portatur quod portatur a pluribus. qd ab uno solo. Sed concordia consistit in unitate sententie et qd ad h<sup>o</sup> dicit. Id ipsum id est idem sitis inuicem sentientes. ut sci licet eae sententia coueniat. <sup>i.</sup> cor. 1. Sitis perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. Phil. 2. Eandem caritatem habentes vnanimes. id ipsum sentientes. Scien dum est tamē qd duplex est sententia. Una quidem que pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia. puta circ ea considerationes geometricas vel naturales. dissentire autē in talibus nō iugnat amicitie vel charitati quia caritas in voluntate est. Quismodi autē iudita nō prouenient ex voluntate sed ex necessitate rationis. Alio vero sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda et in talibus dissensio amicitie contrariatur qd talis dissensio habet contrarieate voluntatis et quia fides nō solum est spculativa sed etiā practica in qd tunc per dilectionem opera tur et dicitur. Gal. 5. Ideo etiā dissentire a recta fide est contrarius caritati. Deinde cum dicit. Nō alii sapientes te et c. excludit impedimenta concordie. que quidez sunt duo. Primum est superbia ex qua contingit et dum aliis inordinate suaz excellentiaz querit et subiectionez refugit vult alium subiit et eius excellentiaz impedit. Et ex hoc sequitur discordia puer. 13. Inter superbos semper turbula sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit. Nō sitis alta sapientes ut scilicet inordinate vestra excellentiam appetatis supra. 11. Noli alii sapere sed time. Ecc. 5. Altiora te ne quecheris. Sed sitis consentientes humiliib<sup>o</sup> id est his que sunt humilia id est ea que abiecta videntur nō recuseatis cum oportuerit. ps. 1. Elegi abiectus esse in domo dei mei. <sup>i.</sup> pe. ultimo. Domin<sup>o</sup> superbris resistit: humiliibus autē dat gratia. Sed in impedimentuz concordie est presumptio sapientie. ex qua contingit et aliquis alioz sententie nō credit. Ad quod remouendū dicit. Nolite esse prudentes apud vosmetipsoz ut scilicet iudicetis soluz id est se prudenter quod vobis videtur. Es. 5. Ve qui sapientes esti in oculis viris et corā vosmetipsoz prudētes. <sup>s.</sup> 11. Ut nō sit vosmetipsoz sapientes. Deinde cum dicit. Nulli malū p. malo et docet illa qd p. tñtē ad bñficienziā exclusō dñz. Et pmo docet qd nō sit alicui malefaciendū rōe videlicet. Sed docet qd nō sit alicui malefaciendū rōe defensionis ibi. Nō vosmetipsoz defendentes. Circa primum tria facit. Primo prohibet vindictam dicens. Nulli malum pro malo reddentes scilicet sitis. ps. Si redditis retribuentibus mihi mala. <sup>i.</sup> pe. 3. Nō reddentes malum pro malo. Sed hoc est intelligendū formaliter sicut supra dictum est de maledicto. prohibemur enim affectu odio vel vindicte reddere malum pro malo ita qd in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpe qd quis facit reddit index malum pene scđm iusticiā ad copendas materialiter quidē insert malum sed formaliter et per se insert bonū. Unde cuz index suspendit latronū pro homicidio non reddit malum pro malo. sed magis bonum pro malo. Et hoc modo apostol<sup>o</sup> quidē pro peccato incensus tradidit satiane i. interitus carnis vt spirit<sup>o</sup> saluus sit et vt habeat. <sup>i.</sup> cor. 5. Sed docet qd etiā bona sint. primitus exhibenda dicens. Prouidentes scilicet sitis bona nō tantuz coram deo ut scilicet curetis satisfacere conscientie vestre corā deo sed etiā coram omnibus hominib<sup>o</sup>. vt scilicet ea faciat que hominibus placeant. <sup>i.</sup> cor. 10. Sint offensione estote indeis et gentib<sup>o</sup> et ecclesie deis. scilicet et ego per omnia omnibus placebo. pme cor. 13. Prouidentes bona nō solum coram deo sed etiam coram omnibus hominib<sup>o</sup>. Hoc tamē contingit et bene et male fieri. si enī hoc fiat ppter fauorem humanum nō bene agitur. Da. 6. Atteg-

dite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut vi deamini ab eis. Si autē hoc fiat ad gloriam dei bene agitur secundum illud. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videat opera vestra bona. et glorificant patrem vestrum qui in celis est. Tertio assignat rationē viri usqz dicitur. Ad hoc enim debem⁹ abstinere a retributiō malorum. et coram hominibus bona prouidere ut cuz hominibus pacem habeamus. et ideo subdit. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Heb. ultimo. Pacem sequimini cū omnibus. Sed hic addit dno quorū primū est qd dicit. Si heri potest. Quādōqz enī malitia aliorū impedit ne cum eis pacem habere possimus. qd scilicet cuz eis paci haberet nō potest nisi corā malitia contentiatur: quādē pacem constat esse illicitam. Unde dominus dicit. Mat. 10. Nō veni pacem mittere sed gladius. Aliud autem addit dicens. Quod ex vobis est ut scilicet et si ipi contra pacem agant tamē quod in nobis est facere nos debemus ut eorum pacem queramus. ps. Cum hijs qui oderunt pacem erā pacificus. Et alibi Inquire pacē et persequerē eam. Deinde cum dicit. Nō volmetipsoz defensentes te. ostendit qd nō sunt mala proximū inferenda pmodum defensionis. Et primo ponit documentū dicens. Nō sitis vosmetipsoz defendentes o karissimi sicut et de christo dicitur. Es. 50. Dedi corpus meum percussientibus et genas meas vellentibus <sup>i. 55.</sup> Quasi agnus coram tormente se obmutuit et c. Unde et ipse domin⁹ mansauit. Mat. 5. Si quis te percussierit in una maxilla prebe ei etiam alterā. Sed sicut augustin⁹ dicit in libro contra mendacij. Ea qd in novo testamēto a sanctis facias sunt ad exempla intelligendarū scripturarū que in perceptis data sunt. Ipse autē domin⁹ cum alapa percussus esset nō ait ecce altera maxilla. sed si male locutus sum te stimulon perhibe de malo. Sin autē bene quid me cedis? Qd ostendit preparationem alterius maxillæ in corde esse faciendam. Paratus enī fuit domin⁹ nō solum in altera maxilla cedi pro salute hominis sed in toto corpore crucifigi. Et sicut aug. dicit ad marcellinū tunc quidez hoc mandatum recte fit cum ei creditur profecturū esse ppter quem fit ad aptrandam in eo correctionem atqz cocordiam etiam si alius exurus consequatur. Sunt igitur ista precepta patiente semper in cordis preparatione retinēta et ipsa benvolentia ne reddatur malum pro malo semper in voluntate cōplenda est. Agenda sunt autē et multa etiam cum inuitis benigni quadaz asperitate plectendis. Sed assignat rationē cū dicit. Sed date locuz ire id est diuino iudicio. Quasi dicteret committat vos deo qui suo iudicio potest vos defendere et vindicare secunduz illud. pme pe. ultimo. Omnem sollicitudinem vestram psonientes in euz quoniā ipsi cura est de vobis. Sed h<sup>o</sup> intelligenda sunt in eus in quo nobis nō adest facultas aliter faciendi secundū iusticiam. sed quia vt dicit deuter. pmo. Domini est iudicium. cum aliquis auctoritate iudicis vel vindictam querit ad comprimendā malitiam et nō ppter odium vel etiā cum auctoritate alicuius superioris suam defensionem procurat intelligitur locum dare ire id est diuino iudicio cuius ministri sunt p̄cipes ut dicitur infra. 13. Unde etiam paulus procuravit se per armatos defendi cōtra infidias iudeorum ut patet Act. 23. Deinde cum dicit. Sicut scriptum est et c. probat quod dixerat et primo per auctoritatem. Sed per rationem ibi. Non vici a malo et c. Circa primum duo facit. Primo pbat qd dictum est de p̄hibitione vindicte dicens. dictum est Date locū ire. i. diuino iudicio. Scriptum est enim deu. 32. Vbi vindictam scilicet seruare et ego retribuaz dicit dominus. Nostra littera sic habet. De et vltio et ego res-

### XIII.ca.

tribuā clis in tpe. p̄s. Deus vltionum dominus. **B**aū. 1. Deus emulatoꝝ & vlcſens dominus. Secundo p̄bat p̄ aueritatem qd̄ dictus est de beniuelentia exhibenda ini-  
miciſ. In q̄ quidē auctoritate p̄mo ponit documentuꝝ ut  
subueniamus inimiciſ in articulo necessitatibꝫ q̄ hoc est  
de necessitate precepti ut supra dicitur est. Et hoc est quod  
dicit. Sed si ei curterit inimicus tuus cibā illum. si sit potu-  
tum da illi. **M**attb. 5. Benefacite his q̄ oderunt vos. Se-  
cundo rōeꝝ assignat dicens. Hoc em̄ faciēs carbones ignis  
cōgeres sup̄ caput eius. Qd̄ quidē enī mō potest intelligi  
in malum vt sit sensus iti ei benefacias bonū tuū ver-  
te et in malū q̄ ex hoc incurre combustionem ignis eter-  
ni per suam ingratitudinē. sed iste sensus repugnat chari-  
tati. contra quā ageret q̄ alicui subueniret ut ei pueniret  
in malum. Et ideo est exponentibꝫ in bonum vt sit sensus.  
Hoc em̄ faciens id est in necessitate ei subuentis carbo-  
nes ignis id est amorem charitatis de qua dicit **C**an. 8.  
**L**ampades eius ut lampades ignis atq̄ flāmāꝝ. conges-  
res id est cōgregabis sup̄ caput id est super mentem eius q̄  
vt aug. dicit in libro de carthesiās rudibus nulla ē ma-  
ior p̄uocatio ad amādū. q̄ preuenire amando. **N**imis em̄  
durus anim⁹ q̄ dilectionē & si nolcebat impendere nolit re-  
pendere. **D**einde cum dicit. Noli vinci a malo t̄c. pro-  
bat qd̄ dixit p̄ rōem. Naturale est em̄ homini ut velit ad  
uersarium vincere & non vinci ab eo. Illud aut̄ ab aliquo  
vincit qd̄ ad illud trahit sicut aqua vincit ab igne qn̄ tra-  
hit ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo p̄  
pter malū qd̄ sibi ab aliquo inferit trahit ad hoc q̄ ei ma-  
lescat bonum a malo vinceret. Si aut̄ econtrario ppter  
beneficiū qd̄ bonus p̄secutor exhibet cum ad suum amo-  
rem trahat bonū malū vinceret. Sic ergo: Noli vinci a ma-  
lo q̄ eius q̄ te p̄secut̄ ut tu eum p̄securaris. sed in bono  
tuō vince malū illius. vt sc̄ ei beneficiando eum trahas  
3. **J**o. vſto. Hec ē victoria q̄ vincit malū fides nr̄a. **J**ere.  
15. Ipsi conuerterent ad te & tu non conueteris ad eos.

#### Incipit capitulū decimūtertium.

**O**mnis anima potestatibus subli-  
mioribus subdita sit. Non est em̄  
potestas nisi a deo. Que autē sūt  
a deo ordinata sunt. Itaq̄ qui re-  
sistit potestati: dei ordinationē resistit. Qui  
autē resistunt: ipsi sibi dānationē acquirūt.  
Nam principes non sunt timori boni operis  
sed mali. Vis autē non timere potestatē.  
Bonum fac & habebis laudē ex illa. Dei em̄  
minister est tibi i n bonum. Siaūt malum fe-  
ceris: time. Non em̄ sine causa gladiū portat  
Dei em̄ minister est vndeꝝ in iram ei q̄ ma-  
lum agit. Ideoꝝ necessitati subditi estote:  
non solum propter iram: sed etiam propter  
conscientiam. Ideoꝝ om̄ & tributa prestatis.  
Ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruē-  
tes. Reddite ergo omnibus debita: Cui tri-  
butum: tributū. cui vectigal: vectigal. cui ti-  
morem: timorem. cui honorē: honorem.  
Postq̄ apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhi-  
bere deo vtendo donis gratie eius: hic ostendit quō debe-  
at se exhibere primo & primo quantū ad superiores. sed  
quātū ad om̄ies ibi. Remini qd̄ debatis t̄c. Circa p̄mū

duo facit. p̄mo inducit homēs ad subjectionē quāz debent  
superioribus. secundo ad exhibendū subiectioꝝ signū ibi  
Ideoꝝ & tributa prestatis t̄c. Circa p̄mū duo facit. p̄mo p̄  
ponit documentum. secundo rationē assignat ibi. Non  
enī est potestas t̄c. Tertio inferit conclusionē intentam  
ibi. Ideoꝝ t̄c. Circa p̄mū considerandū est q̄ quidē fide-  
les in p̄mitina ecclia dicebant terrenis potestatibꝫ se sub-  
iici non debere ppter libertatē quā consecuti erant a xp̄o  
fm illō. **J**o. 8. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis  
S̄ libertas p̄ xp̄m concessa est libertas spiritus qua libe-  
ramur a peccato & morte sicut sup̄a. 8. dicitū est. **L**ex sp̄s  
in christo telu liberavit me a lege peccati & mortis. **A**pro  
aut̄ adhuc remanet servitū obnoxia sicut sup̄a. 7. dicitū  
est. Et ideo tunc nulli subiectioꝝ homo p̄ xp̄m liberatus  
erit obnoxius nec sp̄uali. sc̄ nec carnali. **A**n dicit. 1. cor.  
15. Cum tradiderit christus regnū deo & patri & enauas-  
terit omnem p̄ncipatū & potestatē. Interim aut̄ duꝫ co-  
ruptibilem carnem gerimus oportet nos dñis carnaliꝫ  
subiacere. Unde dicit **E**p̄b. 6. Serui obedite dñis carna-  
libus. Et hoc est etiam qd̄ hic aplūs dicit. **D**ñis alia po-  
testatibus sublimioribꝫ subdita sit. Potestates aut̄ sub-  
limiores hie dicuntur homines in potestatibus constituti q̄  
bus fm iusticie ordinem subiici debentus. 1. **P**e. 2. Sub-  
di est om̄i humāne creature ppter deum sive regi q̄  
si p̄cellent. Dicit aut̄ indefinita potestatibꝫ sublimioribꝫ  
vt ratione sublimitatis officiis subiiciamus etiam si sine  
mali. Unde 1. **P**e. 2. subditur. Subiecti estote nō tanq̄  
bonis & modestis sed etiā discolis. Q̄ aut̄ dicit os̄ ḡia p̄  
sinodochen intelligit os̄ hō. sicut & **S**en. 17. **D**elebit alia  
illa de populo suo. **G**ut aut̄ hoc mō loquēdī q̄ subiecti  
om̄e superioribꝫ debentus ex alio. i. ex para volūtate fm  
illō. **E**p̄b. 6. **N**ō ad oculū ferentes quasi bōbꝫ placen-  
tes sed ex alio cū bona volūtate. **D**einde cū dicit. **N**ō ē  
enī p̄ias t̄c. ponit rōem admonitionis p̄missū. **D**mo quidē  
ex parte honesti. secundo ex ḡte necessarij ibi. **Q**ui aut̄ refl-  
st̄ t̄c. Circa p̄mū duo facit. p̄mū p̄mittit duo p̄ncipia. se-  
cundo ex eis concludit ibi. Itaq̄ q̄ resistit t̄c. Primo em̄  
p̄mittit origineꝝ potestatē dicens. **N**ō ē em̄ potestas nisi  
a deo. Quicq̄ em̄ communī de deo & creaturis dicit. a  
deo in creaturas derivatā sicut patet de sapia **E**ccl. 1. **P**is  
sapia a dñi deo est. Potestas aut̄ de deo & hoībꝫ dī. **P**ob.  
36. De potestatē non abiicit cū & ibe sit potēs. Unde co-  
sequēs est q̄ humāna p̄as sit a deo. **D**ān. 4. **D**ñabilē ex-  
cessus in regno hoīm: t̄cūq̄ voluerit dabit illō. **J**o. 19.  
Non haberes p̄tates aduersum me villaz nū dñci esset t̄lo  
bi desup. Sed cōtra hoc esse videt qd̄ dicit **O**see. 8. Ipsi  
regnauerunt & non ex me p̄ncipes extiterunt & nō cognou-  
iū. Ad qd̄ dicendū est q̄ regia potestas vel cuiuscōm alie-  
rius dignitatis p̄r̄ considerari quantū ad tria. Uno quidē  
modo quantū ad ipsam potestatē. Et sic est a deo p̄ quē re-  
ges regnant. Alio modo potest considerari quantū ad mo-  
dum adipiscendi potestatē. t̄ sic qn̄q̄ potestas est a deo  
quando sc̄ alioꝝ ordinante potestatē adipiscitur fm illud.  
**I**eb. 5. Nemo sibi honorē asūmit. sed q̄ vocat̄ a deo m̄q̄  
aaron. Quandoꝝ vero non est a deo sed ex guero homi-  
nis appetit q̄ p̄ ambitionem vel quoctūs alto illicito mo-  
do potestatē adipiscit. **A**mos. 6. Aliquid non in fortitudi-  
ne nostra assumptū nobis cornua. Tertio modo potest  
considerari quantū ad v̄sum ipsius. t̄ sic qn̄q̄ est a deo pu-  
ta cum alijs fm precepta diuine iusticie virū concessa sibi  
potestate fm illud. **P**uer. 8. Per me reges regnant t̄c.  
Quandoꝝ aut̄ non est a deo. pura cum aliō potestate sibi  
data v̄tūk̄ s̄ diuinā iusticiā fm illō p̄s. **A**lterius reges  
tre & p̄ncipes conuerterūt in v̄nu aduersus dñm t̄c. **D**ubis  
et̄ etiā s̄ p̄te peccādi v̄p̄ sit a deo. **A**d qd̄ dicendū ē q̄ ip̄s